...uisc. Arus.

Kaminti (sic) Episc. Arusiensis: Regimen contra pestilentiam seu epidemiam.

Arnoldus de Colonia. (Lips.)

Hain Repert. bibl. N. 9757.

To _nie jest_ część klocka M. VI. 55
206. m. in. foliacja czerwonym
atramentem, której nie znajdujemy
w innych pozycjach tego klocka !

# Regimen cõtra pestilentiam

siue Epidimiam Reuerendissimi dñi Kamiuti Episcopi Aru
siensis Ciuitat; regni dacie artis medicine exptissimi pfessoris.

Ad honorem scẽ et indiuidue trinitatis gloriosecꝫ virginis Marie. et ad vtilitatẽ reipublice. pro conseruatione sanoꝝ ac reformatione lapsoꝝ. volo aliquã de pestilentia que nos frequẽtius inuadit ex dictis medicoꝝ magis antenticoꝝ scribere. Et primo.

¶ De signis pronosticis eius
Secnndo de causis
Tertio de remedijs
Quarto de cõfortaminibus cordis ꝛ principaliũ membroꝝ.
Quinto et vltimo de fleubothomia.

¶ Regimen sanitatis p circulum anni valde vtile.

## De signis pronosticis eius.

Igna pestilentie pronostica septē ad pn̄s assig nantur. Primū est qn̄ in vna die estiuali aura sepe mutatur. vt de mane apperet pluuiosa. dein de nebulosa. deinde ventosa et precipue a vento meridionali. Secundū signū est qn̄ sepe in tpe estiuali dies apparēt totaliter obscuri ⁊ velle pluere et non pluit. et tunc si diu durauerit timendum est de magna pestilentia. Tertiū est qn̄ sunt multe musce sup terram hoc signū est ꝙ aer venenosus est et infectus. Quartum est qn̄ stelle sepe videantur cadere et iterum signū est ꝙ aer sit infectus. et ꝙ multi vapores infecti sint in aere. Quintum signū est qn̄ cometa videtur volare. Et sicut hebetur in methauris. Ista cō tingunt qn̄ cometa apparet scȝ interfectio hominū in bellis. ⁊c. vnde versus. Mors furit vrbs rapitur seuit mare. sol operitur. Regnū mutatur. plebs peste fame cruciatur. Sextum signū est qn̄ multa fulgura et tonitrua sᵹ et precipue venientia a pte meridionali. Septimū signū est qn̄ multe ventositates a meridie pcedunt. Ille eīm sordescunt et immunde sᵹ. Quādo igitur ista signa apparent timendū est de magna pestilentia nisi deus omnipotens ipsam sua pietate vellet ammouere.

## De causis pestilentie.

Causa pestilentie triplex est. qnq̧ eīm venit a radice inferiori. aliqn̄ a radice superiori. ita ꝙ sensualiter apparet nobis mutatio aeris. Et qnq̧ venit ab vtroq̧. scȝ a radice superiori et inferiori simul. A radice quidē inferiori vt nos videmus ex latrina ꝓpe cameram vel ex aliqua re pticulari corrumpi aerē in substantia et qualitate. Et est pticularis et pt accidere omni aere. Inde etiā procedit febris pestilentialis circa quā multi medici decepti sunt talē febrem esse pestilentialē non credentes. Quādoq̧ etiam venit a cadaueribus mortuoꝝ vel ex corruptione stagnoꝝ. et cōtingit frequēter in locis corruptis. Et ista aliqn̄ est vniuersalis aliqn̄ pticularis. A radice vero superiori accidit virtute corporum celestiū. ex quibus spūs vitalis corrumpit in animali. et de illa dicit Auicenna. li. iiij. Ex forma celi corpa valde inficiuntur. nam inpressio celestis corrum

pit aerē et sic spūs corrumpit̄ in hoīe. A radice vero superiori ⁊ inferiori simul ꝓuenit qn̄ ex inpressione celesti corrumpente aerē et putrefactione cadauerū vel locoꝝ causat̄ morbus in hoīe. ⁊ talis morbus qn̄qꝫ est febris qn̄qꝫ apostema et hoc vt in pluribus. Aer eñ inspiratus aliqñ venenosus est et corruptus ledēs cor. ita vt natura multipliciter aggrauat̄. immo intantū ꝙ nō ꝑcipit suā lesionē. Nam apparēt bone vrine et bone digestiones et tñ paciēs tendit ad mortē. Uñ multi medici in pacientibus vrinā attendentes supficialiter loquunt̄ et decipiunt̄. Necesse ē igit̄ ꝙ quilibet paciēs ꝓuideat sibi de medico ꝓuido expto. Ex istis videntur dicta de causis pestilentie. Sed circa hoc mouent̄ due questiones. Prima quare vnus moritur. alter nō. et in illa villa moriunt̄ hoīes et in illa domo in alia aūt non. Scd̄a an tales morbi pestilentiales sint cōtagiosi. Ad primū dico ꝙ hoc pt̄ cōtingere ex duobus scꝫ expte agentis et expte pacientis. Expte quidē agentis qꝛ illa influētia supcelestis directius influit in illū vel illū ꝙ̄ illū et illū locū. Sed ex pte pacientis qꝛ ille ē magis dispositus ad mortem ꝙ̄ alter. Uñ nota ꝙ corpa magis disposita stꝫ corpa calida latoꝝ poroꝝ. corpa infecta et habentia poros opilatos multis humoribus. Uñ corpa a ꝗbus fit magna resolutio. sicut stꝫ hoīes abutentes coitu vel seruientes balneis et hoīes qui calefiunt magno labore vel magna ira hn̄t corpa magis disposita ad morbum pestilenticū. Ad scd̄m dico ꝙ tales morbi pestilentiales stꝫ cōtagiosi qꝛ a corpibus effluunt infecti humores. et fumi venenosi aerem corrumpentes. et ideo fugiendum est ab infectis immo tpe pestilentiali nullus debet stare in cumulo populoꝝ qꝛ potest esse aliquis illoꝝ infectus. Ratione cuius prudentes medici visitando infirmos stant lōge a pacientibus tenentes faciem ꝟsus fenestram. sic etiā stare debent infirmoꝝ seruitores. Uñ pacienti bonū est ꝑ dies mutare camerā et frequētius habere fenestras ꝟsus borcam versus orientē aptos. ¶ Fenestre vero ꝟsus meridiē teneantur sp clause. Uentus eñ meridionalis hꝫ in se duas causas putrefactionis. Prima ē ꝙ debilitat corpa tam sanoꝝ ꝙ̄ infirmoꝝ. Scd̄a est qꝛ sicut pꝫ tertio amphorismoꝝ. Austri ventus flatus grauat auditum et ledit cor. qꝛ aperit poros corpis ⁊ intrat vsqꝫ ad cor. Quare bonū est sano tpe pestis qñ flat vētus meridionalis manere in domo ꝑ totū diē. Si aūt necesse fuerit vt exire debeat meneat in

domo vsq3 ad eleuationem solis sup orisontem nostrum.

# De remediis pestilentie.

Jsis causis pestilentie dicendũ est qualiter q̃s se debeat a pestilentia preseruare. Pro quo notandũ est iuxta dictũ summi medici p dauid dicentẽ q primo se debeat diuertere a malo ad bonũ et humiliter peccata sua cõfiteri. quare summũ remediũ est vt tpe pestilentie penitentia et cõfessio ceteris medicamentis preferant promitto tñ summe q bonũ remediũ est fugere et locũ infectũ mutare. Sed q2 multi cõmodo se locũ mutare non pñt. ideo q̃ztum possibile fuerit. ab eis oĩs cã putredinis euitetur et ex cõsequẽti oĩs coitus. etiã precipue cauendus est ventus meridionalis q2 naturaliter inficit. Claudantur ergo fenestre( vt dictũ est )v̾sus meridiem vsq3 ad horã primã. aperiantur v̾sus septentrionẽ. Eadẽ de causa oĩs fetor est euitandus vtputa stabulo2. campo2. platea2. et precipue infecto2 cadauerũ putrefacto2 et maxime fetor aqua2 nam in aliquibus domibus cõseruatur aqua p duos dies vel noctes. vel st3 transitus subterranei aqua2 in quibus seruantur aque proiecte que etiã magnũ causant fetorẽ. Ex ista causa etiã cõtingit q aliqui moriunt in illa domo vbi talia cõtingũt et in alia non vt dictũ est. Similiter in illo loco vbi effundunt olera putrida q2 olera putrefacta faciunt nociuũ fetorẽ. Uñ sicut p odorem aromaticũ cor et spũs recreantur. ita ex nociua debilitant. Quare seruanda est domus ne aer infectus subintret. Aer eñi infectus humidus est et putrefactionẽ in domo vel in loco dormitionis naturaliter causat. Subtilietur igit domus p clarã flammã et fiat ignis clarus de lignis. Fiat etiã cũ fumigatione herba2 infra scripta2 videlicet baccelauri. iuniperi. vberi organi. et habentur in apothecis. absinthij. hysopi. rute arthimesie atq3 ligni aloes qđ melius valeret. s3 pro suo precio cõparari non p̃t et talis fumus inspiretur p os et nares q2 sic interiora ratificãt. Eadẽ de causa vitetur oĩs repletio. q2 corpa plena malis humoribus inficiuntur facilius. Uñ dicit Auicẽna quarto canonis q illi qui repletionẽ sp curant periodũ et finẽ vite sue abbreuiant. Itẽ eadẽ de cã balneũ cõmune euitetur q2 modicũ fermentũ totã massam corrumpit. Uñ finaliter oĩs multitudo vel cõmunitas euitetur in quãtum possibile sit ne ab anhelitu

infecto aliq̄s inficiatur. Sed qm̄ fieri non p̄t vt cōitas euitet͂ tūc vtatur remedijs infra scriptis. De mane qn̄ aliquis surgit mox parū comedat de ruta lota in aqua munda et sale aspersa cum nuce gallica vna vel duabus bene mūdatis. Si aūt illud haberi non p̄t: tūc comedat panē vel tortā intinctā aceto et hoc maxime tp̄e turbido vel nebuloso. In tp̄e pestilentie melius infra domuū manere videt͂ q̄ȝ exire. nec ē sanū ire p̱ villā vel ciuitatē. Domus etiā asp̱get͂ (et specialiter in estate) cū aceto et rosis et folijs vitis immo bonū est in die frequenter lauare manus. cū aqua et aceto et postea faciē tergere et odorare ad manus. Bonū est igit͂ tam in estate q̄ȝ in hyeme acetosa odorare. In mō te aut pessulano cōmunitatem vitare nō potui quia transiui de domo ad domū curando infirmos causa paupertatis mee. Vn̄ spongiam vel panem intinctū aceto mecū portaui tenēs ad os et nasum q̄r oia acetosa opilāt meatū humoꝝ nec faciunt venenosa intrare et sic talē euasi pestilētiā socijs meis nō credētibus me vitā retinere potuisse. Oia āt ista remedia p̱ meip̄m p̱baui.

## De confortaminibus cordis et alioꝝ membroꝝ.

Cordis cōfortamina hec sīt crocus. cassia fistis plantago cū ceteris herbis que ratificāt spiritū interiorē. Hec eni͂ precipue valent in vulgari cōmunitate vbi faciliter cōtingit q̄ vnus inficiat͂ ab alio ideo summe caueat͂ ne anhelitus inspiret͂ ab aliquo. Oculi etiam ab aere infecto obscurantur si homo nō portauerit p̄dicta in manu. Valde etenim sanū est q̄ lauent͂ os oculi et manus sepius in die cū aqua rosacea aceto mixta. Si autem predicta habere non p̄t tunc faciat cum aceto. et sic istis seruatis securus cōmunitatem intrabis. Habetur etiā pro magno remedio laxatio ventris. Si āt naturaliter fieri non pōt laxatio ventris prouocetur artificialiter p̱ suppositoriū ad qd̄ bene valēt pillule pestilentiales que habentur in apotheca. In domo etiā sp̱ teneat͂ ignis q̄r multū impedit impressionē celestem et clarificat aerē. De cibo aūt specialiter dico q̄ tyriaca summe vtilis est tam sanis q̄ȝ infectis. Sumatur igitur bis in die cū vino claro lymphatico vel cum aqua clara rosacea aut cū ceruisia clara nec sumatur de tyriaca nisi ad quātitatem vnius pisi de vino vero aqua vel ceruisia ad quātitatem duoꝝ

coclearíū.tyriaca in vase penitus dissoluat.differatur. eīm pran diū vsqꝫ ad mediū diem vt tyriaca in corpe suā exerceat opatio nem. Bonū insup ferculū cum vino puro sepe in die sumendū est nō multū simul qꝛ nimia supabundantia putrefectionē hu moꝝ inducit. Caueantur in cibis oīa calefactiua vt sīt piper et alliū licet eīm piper cerebrū a flegmate purgat et spiritualia mē bra a viscosis humoribus qꝛ tū nimis calefacit et calefactio pu trefactionē inducit plus videtur sola amaritudo ꝙ calor odor et sapor in ipso placuisse. Allium etiā licet a flegmate purget et malos humores eijcit et prouocat appetitū comedendi et aerē siccū intrare nō pmittit qꝛ oculos pturbat ⁊ caput vniuscuiusqꝫ sepe comedentis calefacit ideo non videtur placuisse. Pestilen tia eīm ex calida causa sepe augmentatur. Omnes igitur cibi quā to faciliores digestionis sīt tanto meliores. De mane sumantur cibaria bulita de nocte ꝓ assata. Brodia et pulmēta euitentur nisi fuerint acetosa. Tempore eīm pestilentie preualent fercula acetosa oībus medicinis. Similiter euitari debēt oēs fructus nisi sint acetosi vt sīt cerasa malagranata aut modicum de piro vel pomo loco medicine. Nam oīs fructus putrefactionē indu cit. Species cōmuniter cōuenientes sīt zinziber cinamonū cimi nū flores muscaꝝ et crocus cū his eīm optima salsa pro diuiti bus procuratur. Sed si sint pauperes recipiant rutā saluiā nu ces gallicas petrocilinū et cū aceto misceant simul et est bona salsa. Si aūt mediocres sīt recipere debēt ciminum et crocū et miscere simul cū aceto talis salsa valet. et oēm putrefactionē pro hibet. Etiā iocunditas cordis magnū remediū sanitatis in cor pore est. Quare cauendū est tpe pestilentie ne quis mortē time at sed sine timore et sollicitudine pestilentialis morbi vel pericu li cuiuscunqꝫ lete viuendo et diu viuere speret.

## De fleubothomia.

Leubothomia semel in mēse fieri pt nisi etas vel aliqd hmōi ꝓhibeat vt apparet in pregnantibus. vel in aliquo debili vel in pacientibus fluxum ventris. Fiat aūt fleu bothomia in basilica dextra vel sinistra ante cōmestionē. post in cisionē vene basilice valet esse gaudiosū et bibere bonū vinū vel bonā ceruisiam sp tū tpate nec est cōueniens dormire illo die in quo basilica est incisa. Si qs aūt apostemate se grauatū senserit

vel iã esse infectũ tũc oĩno vitet somnũ. ambulãdo qꝛ in somno calor intrinsece venenũ inducit ad cor et ad alia membra spiritualia ita ꝙ vix aliqua herba p̄t tale venenũ ad statũ pristinũ reuocare qđ tamẽ non fieret si hõ esset in motu. Sed diceret q̄s ex quo somnus debet vitari q̄d. si haberet somnũ natnralem. Ad hoc dic breuiter ꝙ in tp̄e pestilẽtiali statim post comestionẽ si q̄s haberet libidinẽ dormiendi tũc talis libido debet reuocari ꝑspaciũ in ortulis vel in cãpis et sic somnus naturalis p̄t fieri. ꝑ vnam horã post comestionẽ. Dicit igiť Auicẽ. ꝙ si hõ vellet dormire debet bibere bonũ haustũ añ dormitionem qꝛ hõ existẽs in somno attrahit multos humores ꝛ isti mali humores depelluntꝛ ꝑ humorẽ boni hausti. Sꝫ diceret q̄s qũo debet sentire hõ qñ est infectus. Ad hoc respõdeo ꝙ hõ qui infectus est tali die nõ multũ comedit qꝛ est repletus malis humoribus et statim post prandiũ hꝫ libidinem dormiẽdi et magnã calefectionẽ sub frigore sentit hꝫ etiã magnũ dolorem in anteriori pꝫte capitis sed oĩa ista debet reuocare ꝑ modicũ spacij hinc et inde. Equitare aũt vel ambulare non p̄t ꝓpter nimiã pigriciã corporis et ponderositatẽ nam hõ infectus oĩ hora libidinẽ hꝫ dormiendi qꝛ venenũ intrinsecũ ꝯturbat spiritũ vitalem sic ꝙ sp̄ tendit ad requiem. Ex istis igiť signis hõ sentit se infectũ. Si q̄s aũt credere nollet expectet ꝑ mediũ diem et statim senciet apostema sub brachijs vel circa pudibunda vel circa aures. Est aũt summũ remediũ si q̄s senserit oĩa predicta tp̄e pestilentiali vt somnũ vitet qꝛ sicut ex predictis ptꝫ in somno sp̄s vitalis quiescit venenũ aũt aspergiť ꝑ membra hinc et inde. Hec oĩa ꝑ me ip̄m ꝓbaui. Istis ãt sic stantibus qñ hõ senserit se esse infectũ q̄ꝫ citius fieri p̄t eodẽ die sanguinẽ minuat abũde vsqꝫ ad syncopim. i. vsqꝫ ad vertiginẽ qꝛ ꝑua minutio sanguinis venenũ excitat. Si aũt hõ non vellet incidere plures venas simul tunc ꝑmittat trãsire venã incisam vt prius dictũ est vsqꝫ ad retardationẽ sanguinis qꝛ ꝑua fluxio sanguinis venenum fortius excitat vt patuit. Item hõ incisus venis siue sit infectus siue non sp̄ vitet somnũ per diẽ vsqꝫ ad mediam noctẽ et sp̄ in eadẽ pꝫte corporis in qua apostema apparuerit fiat incisio vene. Si ꝟo apparet apostema sub brachio dextro fiat fleubothomia in medio eiusdẽ brachij de mediana. Si aũt sub sinistro fiat fleubothomia in mediana eiusdem brachij vel in epatica. i. in vena circa paruũ digitũ.

Et si circa pudibunda fiat fleubothomia in pede eiusdē lateris circa calcem. Si aūt apostema fuerit incollo fiat fleubothomia de cephalica circa pollicē in manu lateris eiusdem vel mediana eiusdem brachij vel in manu eiusdē lateris circa digitū minorē. Si autē apparuerit circa aurē fiat fleubothomia de cephalica eiusdē lateris vel de vena que est inter indicē et pollicē ne multa venenosa inuadant cerebrum. vel de vena que est circa minorē digitū vel circa articulū que a multis medicis appellat basilica. Si apparuerit in scapulis minue cū ventosis et primo minue medianā. Si in dorso minue supra pedicā magnā. Et hec oia fiant si hō non dormierit ante cognitionē apostematis. Si aūt talia apostemata senserit post dormitionē tunc fieri debet minutio in pte crucifixa vt si apostema apparuerit in brachio dextro fiat fleubothomia de brachio sinistro de epate vel basilica vel de mediana. Et si apparuerit apostema sub brachio dextro fiat sm q dictū est de brachio sinistro et sic de alijs locis in quibus apparuit apostema ita q semp fiat apposito mō. Minutus po si sit valde debilis tunc pt fieri dormitio post mediū diem et sp infra mediū diē debet esse in cōtinuo motu equitando vel transeundo moderate. Et si postea creuerit apostema nō timet quia tale apostema est malū expellens et reddit hoiem valde sanum. Ut aūt citius et facilius apostema maturescat et rumpatur debet fieri medicamentū tali mō. Tere folia sambuci et adde sinapum tritū et fac emplastrū deinde suppone apostemati. aliqui po chirurgici volūt q addatur tyriaca sz summe suadeo q nō fiat nam ipsa tyriaca venenū expellit melius po videtur si aliqs haberet apostema q bibat tyriacā et sic expellit venenū. Itē aliud remedium accipe barbam iouis serpillum gallice seruefil plantaginem et modicū de siligine et tere hec oia in simul donec videris aquā inde exire deinde misce aquā illam cū lacte mulieris et da illi bibere qui apostema habuerit et hoc fieri debet ieiuno stomacho quia eo melius operatur in homine. Item cum primo apostema apparuerit. recipiet auellanas. ficus et rutam. et cōtundat simul deinde superponat. ¶ Et hec ad presens dicta de pestilentia sufficiant. Si quis autem sm modū predictum se rexerit huius morbi cōtagiosi periculum bene euadet. prestante domino nostro ihesu christo (sine quo nihil fieri potest) qui est omnipotens et gloriosus et laudabilis et benedictus cum

intemerata virgine Maria matre sua in secula seculorum. Amen.
¶ Tractatus de regimine pestilentie domini kaminti episcopi Arusiensis ciuitatis regni dacie artis medicine expertissimi professoris finem habet.

# Incipit regimen sanitatis
per circulum anni valde vtile.

| | |
|---|---|
| Januarius | In iano claris calidisque cibis potiaris |
| | Atque decens. potus post fercula sit tibi notus |
| | Ledit enim medo tunc potatus bene credo |
| | Balnea tutius intres. et venam scindere cures |
| Aquarius | Aquarius. calidus. et humidus bonum |
| | Tangere crura caue cum luna videbit aquosum |
| | Insere tunc plantas. excelsos erige turres |
| | Et si carpis iter tunc tardius ad loca transis |
| Februarius | Nascitur occulta febris februario tibi multa |
| | Potibus et escis. si caute viuere velis |
| | Tunc caue frigora. de pollice funde cruorem |
| | Suge mellis sanum. pectus qui morbe curabit |
| Piscis | Piscis frigidus et humidus indifferens |
| | Piscis habens lunam noli curare podagram |
| | Carpe viam tutus sit pocio modo salubris |
| Martius | Martius humores gignit variosque dolores |
| | Sume cibum pure cocturas si placet vre |
| | Balnea sunt sana sed que superflua vana |
| | Vena nec abdenda: nec potio sit tribuenda |
| Aries | Aries calidus est et siccus bonum |
| | Nil capiti facias aries cum luna refulget |
| | De vena minuas et balnea tutius intres |
| | Non tangas aures nec barbam radere cures |
| Aprillis | Hic probat in vere vires aprilis habere |
| | Cuncta renascuntur pori tunc aperiuntur |
| | In quo scalpescit corpus. sanguis quoque crescit |
| | Ergo soluatur venter cruor et minuatur |

| | |
|---|---|
| Taurus | Taurus frigidus et siccus malum |
| | Arbor plantetur cum luna taurus habetur |
| | Non minuas tamē edifices: nec semina sparges |
| | Et medicus caueat cum ferro tangere collum |
| Maius | Maius secure laxari sit tibi cure |
| | Scindatur vena sed balnea dantur amena |
| | Cū calidis rebus sint fercula seu speciebus |
| | Pocius. astricta sit saluia cum benedicta |
| Gemini | Gemini calidus et humidus malum |
| | Brachia non minuas cū lustrat luna gemellos |
| | Unguibus et manibus cum ferro cura negetur |
| | Nunq̄ portabis a promissione petitum |
| Junius | Junius gentes ꝑturbat medo bibentes |
| | Atq̄ nouellarum fuge potus ceruisiarum |
| | Ne noceat colera valet hec refectio vera |
| | Lactuce frondes ede. ieiunus bibeq̄ fontes |
| Cancer | Cancer frigidus et humidus indifferens |
| | Pectus pulmo iecur in cancro nō minuantur |
| | Somnia falsa vides vtilis sit peticio rerum |
| | Potio sumatur securus perge viator |
| Julius | Qui vult solamē. Julius ꝓbat hoc medicamē |
| | Venam nō scindat nec ventrem potio ledat |
| | Somnū cōpescat et balnea cuncta pauescat |
| | Prodest vnda recēs. alliū cum saluia munda |
| Leo | Leo calidum et siccum malum |
| | Cor grauat et stomachum. cū cernit luna leonē |
| | Non facias vestes nec ad cōuiuia vadas |
| | Et nil ore vomas. nec tūc sumas medicinam |
| Augustus | Quisq̄ sub augusto viuat medicamine isto |
| | Raro dormitet estum coitum quoq̄ vitet |
| | Nemo laxari debet vel fleubothomari |
| | Balnea nō curet nec multa comestio duret |
| Virgo | Virgo frigidum et siccum indifferens |
| | Lunam virgo tenens vxorem ducere noli |
| | Viscera cum costis caueas tractare cruorem |
| | Semen detur agro dubites intrare carinam |

Septēber Fructus maturi septembri sunt valituri
Et pira cum vino. panis cum lacte caprino
Aqua de vrtica tibi potio fertur amica
Tūc venā pandas: spēs cū semine mandas

Libra Libra calidum et humidum bonum
Libram luna tenēs: nemo genitalia tangat
Aut renes nates. nec iter carpere debes
Extremam ptem libre. cum luna tenebit

October October vina prebet cum carne ferina
Nec non aucina caro valet et volucrina
Quāuis sint sana tamen est repletio vana
Quātum vis comede sꝫ non precordia lede

Scorpio Scorpio frigidum et humidum indifferens
Scorpius augmentat morbos in pte pudenda
Vulnera non cures caueas ascendere naues
Et si carpis iter timeas de morte ruinam

November Scire tibi datur h̄ ꝙ reuma nouēbre curat
Queqꝫ nociua vita sint preciosaqꝫ dicta
Balnea cum venere tunc cōstat nulla valere
Potio sit sana sic atqꝫ minutio bona

Sagittarius Sagittarius calidum et siccum bonum
Luna nocet femori per ptes mota sagitte
Vngues vel crines poteris prescindere tute
De vena minues et balnea tucius intres

December Saue sꝫ mēbris res calide mēse decēbris
Frigus vitetur capitalis vena scindetur
Lotio sit rara. bachi potatio cara
Sit tepidus potus. frigori cōtrarie totus

Capricornus Capricornus frigidum et siccum malum
Capra nocet genibus ipsam cū luna tenebit
Intrat aquam nauta citius curabitur eger
Fundamēta ruunt. modicū tunc durat idipm.

# Explicit regimen sanitatis
per circulū anni valde vtile. ¶ Arnoldus de Colonia.

½ gr constat